



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 12. Angliæ Regina de futuro pacis negotio certior facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI. unde in regni legem transibat, nequaquam sperari posse, quod aliis præterquam fide catholicis quiete in Gallis regnare valeat.

A.C. 1598.

Spond. ad

hunc ann. n 3

§. XII.

*Angliæ Regina de futuro pacis negotio certior facta.*

Rapin l 12.

Thu. l. 120.

Daniel l. c.

p. 222.

Intestinis hisce tumultibus adeo feliciter sedatis Henricus Rex unice contentus erat, ut pari successu pax cum extero hoste ad exitum deduceretur: ut vero violati fœderis calumniam declinaret, Elisabetham Angliæ Reginam, & Belgicos Ordines sibi fœdere junctos de concepto pacis negotio, uti inter eos convenerat, præprimis certiores reddere statuit, hancque in rem Andream Huraltum Messium in Angliam ad Elisabetham ablegavit, qui regii propositiones explicans significaret, quod præfens quidem rerum vicissitudo pacis in eundæ necessitatem deposceret, Rex tamen Regina inconsulta nihil agere vellet: si vero pace cum Hispanis agitata & ipsa comprehendendi desideret, Rex illius res æque, ac suas curaturus sit, seculus vero ab ea petat, ut distincte explicet, quid ad mutuam inter utrumque Regnum amicitiam a Rege fieri postulet. Hanc Huralti propositionem Regina iniquo ferebat animo, reque ad Senatum

natum remissa Franciæ Oratori in re-  
 sponſis dari jubebat, quod Henrici Re-  
 gis voluntas in ſervando fœdere minus  
 conſtans ſatis manifeſte appareret: in-  
 decorum autem foret, Anglorum, ac præ-  
 cipue Belgii Ordinum res intempſtiva  
 hac pace in diſcrimen adducere: ve-  
 rum Huraltus ad hæc mox repoſuit: „Re-  
 ges non alio pacto inter ſe fœdus in-  
 eunt, niſi imbibita hac conditione, ut  
 ſtatim rebus ſuis proficuum ample-  
 ſtantur, pernicioſum vero caute decli-  
 nent: Rex autem meus partibus ſuis  
 plene ſatiſfecit, dum nihil eo in nego-  
 tio inconſultis ſuis fœderatis moliri  
 voluerit: de cetero curaturus eſt, ut  
 belgicis Ordinibus belli, pacisque tem-  
 pore abunde proſpiciatur. „ Percepto  
 hoc reſponſo Eliſabetha ſe brevi ad Re-  
 gem Legatos miſſuram ſpondebat, qui  
 de rationibus, quibus ſibi, & Ordinibus  
 caveri cuperet, cum Rege agerent.

## §. XIII.

*Eliſabethæ Legati ad Franciæ Regem  
Deputati.*

Enimvero Regina Wilkium, Robertum  
 Cæcilium, & Herbertum in Gallias  
 ad Franciæ Regem ablegabat, quorum  
 primus tamen vix Pariſios delatus e-  
 viſi exceſſit, reliqui vero duo Andega-  
 vum, ubi tum Rex agebat, profeſſi ſunt,

*Rapin Thoi-  
 ras l 17.  
 Cambden in  
 vita Eliſab.*